



12903. 1646, 2  
4  
17

OPE ADORANDÆ  
TRIADOS,

*Permissu Magnifici atq; Nobilissimi Jctorum Ordinis in Illustri  
ad Salam Academia,*

P R Æ S I D E

VIRO AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO, atq;  
CONSULTISSIMO,

DN. CHRISTOPHORO

PHILIPPO Richtern / J. V. D.

Codicis Professore Publico Celeberrimo, Consiliario Saxo-  
nico & Ebersteinensi, Facultatis Juridicæ Seniore & p. t.  
Decano, Curiaë Provincialis & Scabinatus Assesfore gravissi-  
mo, Promotore & Præceptore suo quovis honoris & reve-  
rentiaë cultu ætatem devenerando,

D E

TRANSACTI-  
ONIBVS,

*In Aroaterio Jctorum.*

publicè disputabit

JOHANNES Languth/Waltershusanus,  
ad diem 16. Decembr.

---

J E N Æ.

Typis CASPARI Freyschmieds/& GEORGI Sengenwalts.  
Anno 1646.



ILLUSTRISSIMI AC SERENISSIMI PRINCIPIS  
ET DOMINI,

DN. ERNESTI

DUCIS SAXON. JUL. CLIV. ET  
MONTIVM &c. DOMINI NOSTRI  
CLEMENTISSIMI,

VIRIS PRO CERIBUS,

*Magnificis, Generoso, Nobilissimis, Amplissimis atq;  
Consultissimis,*

DN. GEORGIO FRANZKE, JC.

Cancellario, & Synedrii Præsidi Splendidissimo, Consi-  
liario Cranichfeldensi Gravissimo.

DN. CHRISTOPHORO ab Hagen /

Hereditario in Substatt & Niedern-Sebra / Illustris.

Camerae Consiliario Eminentissimo.

DN. VVILHELMO Schröttern / J. V. D. /

Consiliario maximè conspicuo, Præturæ Salzungensis &  
Creinbergensis Directori suspiciendo.

*Dnn. Evergetis, Patronis ac Promotoribus devoto cultu  
æternum prosequendis.*

Exercitium hocce Juridicum demissæ observantiæ  
& obsequij perenne monumentum per officiosè  
dat, dicat, dedicat

JOHANNES Langush Aut. & Resp.



*Præstantiss. Dn. Respondenti, J. U. Cand. dignissimo,  
amico meo pl. dilecto.*

**P**ulpita dum scandis nostri præclara Lycæi,  
Et pandis vires impiger ingenij,  
Dumq; tuis thesibus, quid sit transactio, monstras,  
Præmia mox capies, digna labore tuo.

CHRISTOPH PHILIP Richter / D.

**S**ind das nicht Wunder Ding / wie gehts doch für vnd für !  
vor diesen war der Brauch das vor der Liebsten Thür  
Der Freyer musste stehn / den Hut in Händen haben /  
in Demuth warten auff / verehren grosse Gaben.  
Nun ist es vmbgekehrt / der heissen Glammen Trieb  
die Garten Nymphen reist / daß sie vor grosser Lieb  
Dem / der sich sonst entsetzt / so kühnlich zu verfahren /  
sehr freundlich sprechen zu / ihr Lieb ihm offenbaren.  
Ihr selbst / O werther Freund / müst dessen Zeuge seyn /  
denn Euch Astrea schön in ihres Herken Schrein  
sehr fest verschlossen helt / ihr stehet eingeschrieben  
in ihren Ehrenbuch / sie will euch treulich lieben.  
Drumb schafft beyseit die Furcht / nembt hin die keusche  
Braut /  
Die euch mit grossem Ruhm in Kürzen wird vertraut ;  
Seht wie sie euch behent endgegen kompt gegangen /  
Wohl dem / der gleich wie ihr sie herrlich darff vmbfangen.

Dieses wenige vber sendet dem Herrn Verfasser zu  
Bezeugung beständiger Freundschaft

M. B. B.

Qui



Q Vi levibus Sophiæ sub sceptris ducimus ævum  
Fortunam magnâ temnimus arte feram ;  
Dignior illustres inter vixisse Quirites  
Spiritus ignavam linquere discit humum.  
Fallitur hic, fructus qui molli è pulvere honoris  
Exigit, & lucem de tenebris mediis.  
His longè melior tu noster es, incluta Virtus  
Quem tulit ad sedes & sua tecta suum  
Landguthi ! hinc pugnae numerataq; tela per ipsam  
Astræam ad Superos missa, volante tuâ  
Laude per altisonum Cœlum ; istud jure mereris  
Munus ut accipias, proq; labore polum :  
Perge : Themis myrtos nectit, dilectaq; Phœbo  
Nec sua Cypresus, nec sua laurus abest,  
Queis crines virtute sacros sibi, flore superbo  
Et Themis & Phœbus pingere utrinq; queât !

*Leviusculis hisce ἰμνέχεται*

*Eximio Domino Respondenti F. acclamat*

*M. Paulus Weberus Norimb.*

*S* I candore tuo dignos me pangere versus  
Posse putas, animi pars quæta, JANE, mei!  
Falleris ; Andenis pleno licet ore bibissem,  
Et simul è Scatebris, cæce Pœta, tuis.  
Nec tamen idci cò tacitus pulcerrima specto,  
Quæ nunc, RICHTERO sub duce, bella subis :  
Voce sed acclamo lætâ FELICITER illud  
Antiquum, aut si quid faustius esse potest,  
Ut mox plaudenti transactis aliis rebus  
Victori statuat digna brabea THEMIS.

*Amico suo edecumato Lm q; fac.*

*JOHAN. Leonardus Bellner.*



*de rebus in rem scriptis*  
*de rebus in rem scriptis*

**M**ateriam de Transactionibus utilissimam esse, totoq; in iuris Oceano diffusam, vel iis, qui extimius tantum, aut, quod dicitur, à veste sacratissimum id ius nostrum agnovère, monstrandam linquo; Ego, sepositis verborum lenociniis, laconicâ brevitate earum, (*Salvo tamen argumento legis i. ff. de in integr. restit.*) delineare qs. & perstringere destinavi naturam. Ne verò de cubiculo ad aciem egredi, vel etiâ supervacuis aberare videar impendiis, exemplo & imitamine Religiosis. Imperatoris Nostri *l. 2. d. offic. Præf. Prator. Afric.* in nomine Domini Iesu Christi ad instituti metam contendam.

*Tu, qui pectâ colis superi prælustria regni,  
Alme Pater, Te quem terra, Polusq; tremunt  
Huc ades, adspira ceptis!*

THESIS I.

**N**emo rem meliùs noscere videtur, quàm qui, quid ea sit, breviter & aptè explicat, *Everhard. in Topic. lib. cò de definit. in princ.* Quiditas autem rei nullo aptiori mediò potest explanari, quàm ipsâ definitione, utpote quæ, *monente Bl. in l. 1. de usufructu.* cujusq; rei exacta & perfecta est demonstratio; imò, *dicente oratorum Coryphæo Cicerone, lib. 1. de Orat.* Omnis legitimæ tractationis caput & fundamentum. Disputaturus ergò de Nobilissima Transactionum materia, jure meritò ab ejus definitione initium sumo.

II. Sed ea, ut solet, duplex est; Nominis scil. & rei. Nominalem quod attinet, Transactionis nomen ex Trans & actio, qs. ea fiat transitio & recessus à lite intentatâ vel intentanda, componitur, *Wesembec. b. r. n. 2.* & generalitèr pro cujusq; negotii definitione, *l. 229. d. V. S.* vel quòlibet

A acta





actu, quo ab obligatione receditur, sumitur. *Bart. in l. 2. ff. d. jurejur. Jas. in Rubr. b. t. n. 9. Wesembec. ibidem.*

III. Definitione nominali investigatâ, realis jam nunc perpendenda obviat. Definiri a. solet Transactio à quibusdam, quod sit contractus juris Gentium, innominatus, stricti juris, quò inter litigatores res dubia & litigiola aliquò contra datò aut promissò remittitur & finitur, nullam pariens jure civili actionem, sed tantum ad exceptionem proficiens. Mihi, utut aliorum sit judicium, hæc ad palatum; Quod nimirum sit rei dubiæ & litis incertæ conventa & non gratuita decisio. *l. 1. ff. b. t. Wesembec. eod.*

IV. Et quidem generis locò rectissime ibi ponitur decisio: Rebus siquidem litigiosis, dubiis & incertis non minus transactione, quam ipsa judicis sententiâ additur & imponitur finis. *arg. l. 2. ff. d. jurejur. l. post rem ff. de rejudicat. l. non minorem. 20. C. d. Transact.* Erroremq; indè vanis verè & formidolosis opinionibus implicant, qui transactionem per pactionem, vel etiam contractum innominatum definiunt, tum quia genera hæc nimis sunt angusta, *arg. l. 2. bt. l. 38. C. eod.* tum quia pactum vel contractus causæ tantum sunt & modi, quibus transactio fit & peragitur. *Magnificus atq; Nobilissimus Dn. D. FRANTZKE, ICtorum illud Sanctissimum oraculum, in Commentario suo elegantissimo Pandect. bt. n. 4. Baccho v. ad Tr. p. 1. disput. 7. ib. i. lit. D. & F.*

V. Optimè insuper additur conventa; Hæc enim vox indigitat, causam Transactionis esse consensum transigentium; item, decisionem ejus differre à sententiâ, quæ citra conventionem per judicem in invitos ferri & inferri solet. *Wesembec. d. l. n. 2. Ulterius dicitur non gratuita; Nulla namq; Transactio subsistere potest, quâ non aliquid aut remittitur, aut eâ lege controversia componitur, ut vicissim quid detur vel fiat. l. 17. & l. 38. C. bt.* Præterea hoc ipsò discrepat Transactio à pacto remisorio, quod non solum de re certa est, verùm etiam de re planè gratuitâ & causâ liberalitatis exercendæ interponitur. *Prædictus Magnus & non nisi cum insigni laude Nominandus FRANTZKE, ibid. n. 8.*

VI. Re



V I. *Rei quoque dubia*; ita scil. pacta à Transactionibus feceruntur, quod illa semper fiant super re liquida & indubitata. *l. i. ff. h. v. super dubia tantum & litig. o. a. ibid. Litis tandem incertæ*; Res n. judicata, nisi appellatio intercesserit, vel etiam appellari poterit, nunquam admittit Transactionem, utpote, quæ dudum finem controversiarum pronuntiatione judicis accepit. *l. i. ff. de re judicat. cui postea standum. l. si patronus. §. si quis cum esset. ff. d. bon. libert. & tanquam ipsissima veritati inhærendum. Ulpianus d. regul. Juris.*

V II. Varias autem lus nostrum recenset Transactionis species; Alias ait esse simplices vel Aquilianâ stipulatione munitas. *Wesembec. b. s. n. 3. quasdam juratas vel injuratas. l. si quis Major. 41. Cod. eod. nonnullas generales vel speciales. l. 3. & 31. ibid.*

V III. Absit interea, pacta, stipulationes, contractus item nominatos vel inominatos de essentia vel species Transactionis esse, quispiam cum Wesembec. opinari velit, cum illa omnia, ut fusiùs dictum, media tantum sint & modi, quibus constituatur ea & perficiatur. Et sanè exemplorum Myriades huc adducere possem, modò tempus id & penuria chartæ permitterent. Iatueatur saltem quis Matrimonium, quod hodierno tempore per mutuam interrogationem & responsionem, & sic per stipulationem in Ecclesiâ coram sacerdote initur! Perlustretur insuper donatio, quæ vel per pollicitationem, stipulationem aut pactum perficitur! An, quæso, inde statim colligendum, Matrimonium formaliter esse contractum; aut donationem stipulationem, pollicitationem aut pactum? Certè, ita qui iudicârit, officio judicis religiosi penitus decesserit. Sed tantum de prato pulcherrimo sacratissimarum legum nostrarum definitionis locò carpsisse sufficiat. Ad lineas nunc & in gradum!

V X. Verum enim verò cum ordine deficiente nihil procedat, *Angel. in l. i. §. 15. d. oper. nov. nunc. res è contrario per eum intellectæ magis delectent animos memori-*



amq; reddant clariorem, *Schneidewin. ex Accurf. in Proem. instit. n. 1.* Ductus ist hac necessitate, animo constitui ego quoq; etiam, ut priusquam progrederer, omnem rem legitimè disponerem, dispositam pro virili monstrarem.

X. Dispersatur proinde tota de Transactionibus materia, in duo quasi membra, ita ut prius agat de Transactionis subiecto, personis scil. quibus transigere liceat: posterius verò de ejusdem objecto, rebus puta, super quibus transigendum.

Transactio-  
nis Subje-  
ctum.

XI. Ergò de personis primo loco, quibus transigere sit permissum, ordine poscente, pertractandum mihi. Sed ut rem in pauca contraham, ajo; transigere posse omnes, quæ consentire possunt, nec deinde jurè quodam transigendi beneficio destituuntur. Innumeratamen eò privari, vel ex sequentibus clarò clarior notescet.

XII. Etenim si rem altius intueor, reperio quasdam naturà, quasdam lege, quasdam jure statutario repelli. Ipsa naturà repelluntur, i. Infans, qui scil. inferior septem annis. *l. 14. d. ritu Nupt. Vultei. in Commentar. Instit. d. Nupt. in princ. n. 6.* & neq; stipulandi neq; promittendi potestatem habet. *§. 9. Instit. de Inutilibus stipul.* Dicitur a. Infans, quasi inops fandi, quod in cura administranda fandi non habeat copiam; à nobis propriè vocatur *unmündig* / Sicut is, qui curat res, *Vormünder* / vel potius *Mundbar.* *Calv. in Lexicò suo ex Spigelio.*

XIII. 2. Perperuò furiosus. *l. 5. ff. de regul. Jur. l. 5. cum dotem. §. Si a. tantus. ff. solut. matrim.* Cum neq; huic ulla sit voluntas, aut intelligat quod agit. *l. 40. de regul. Jur. sine consensu n. est, sine animo l. 17. §. filio ff. de Injur. absentisq; loco reputatur. l. 2. §. fin. ff. de Iure codicill.* Notantèr a. *dixi perperuò:* quod si enim dilucida intervalla habuerit, nullum prorsus dubium subest, quin transigere, consequentèr cuilibet negotio rectè interesse possit: Furor namq; super veniens neq; testamentum legitimè factum, neq; ullum aliud negotium rectè gestum perimere debet aut infirmare. *§. 9. In.*



§. 9. *Instit. quibus non est permiss. fac. testa. arg. l. 8. de his qui sui jur. l. 22. §. si maritus ff. solut. Matrim.*

XIV. *Sed huic non immeritò associandus ebrius; qui scil. ita flore Liberi madidè est adpersus, ut ipsius rota mentis ratio iudicandiq; facultas omnis sepulta quasi sit & adempta. Talis quoq; cum ignorantèr omnia peragat, nullumq; intellectum habere præsumat, Wesembec. d. ritu Nupt. n. 8. Aristot. lib. 1. Ethic. c. 3. Sed mentis exilium patiatur. c. à crapula. extr. d. vit. & honest. Cleric. non solum à Transactionibus licitè removetur. Tr. p. 1. disp. 6. th. 5. A. Sed &, si fortassis durante adhuc vinolentiâ & ebrietate, homicidium commiserit, non sine causa à poenâ ordinariâ legis Cornel. de Sicar. liberatur. l. 6. §. 7. ff. de remilit.*

XV. 3. *Surdus & mutus. l. 1. §. penult. ff. de O. & A. maximè, si mediante stipulatione sit transigendum: Necessè n. ibi est, ut stipulans verba promittentis, vice versâ promittens vocem stipulantis percipere possit atq; exaudire: l. 1. princ. ff. de V. O. §. 7. Instit. de inutil. stipulat. Quod si verò per factum aut contractum innominatum velint transigere, eo sanè casu potestas transigendi ipsis omninò videtur concessa. l. 114. de reg. Jur. l. 23. de Procurat. Sufficiant hæc de Personis, quæ natura transigere prohibentur.*

XVI. *Ad eas jam, quæ lege, transeundum; Primas ibi tenet pupillus, qui nec velle, nec nolle, per consequens, necq; transigere, nisi ad positâ Tutoris auctoritate, intelligitur. l. 189. de reg. Jur. Nam quod animi iudicio fit, tutoris in eo auctoritas est necessaria, ibid. At, dubium hinc oritur haud leve, an nimirum pupillus sine tutoris auctoritate & consensu alteri possit obligari? Dd. certè hoc in passu alternis vicibus contentioso sane diem in Vesperam traxisse videntur: Ego, salvis aliorum iudiciis, cum Bacchov. ad Tr. p. 1. disp. 6. th. 5. B. adfero, pupillum propter consensum, quem adhibere potest, indistinctè naturaliter obligari, civiliter duobus modis; scil. si vel dolum pubertati proximus commiserit, vel etiam contrahendo & transigendo locupletior factus fuerit. Nemo siquidem pramium soli*  
ferre



ferre debet. *l. ita demum. 31 ff. de recept. arb. aut cum alterius ja-  
ctura & in commodo locupletari. l. cum hi §. sanè si is. ff. b. r.  
l. nam hoc. ff. de condit. indebit.*

XVII. Hunc sequitur minor curatorem habens : Et  
quomodo hic, cui dato curatore omnis potestas alienandi  
adempta, §. 2. *Instit. quibus alien. lic. transactioni*, quæ per o-  
mnia ferè alienationi similis, *Gail. 2. observ. 72. n. 2.* operam na-  
vare poterit ? Adducis Cujac. *ad l. 101. ff. de V. O. Resp. cum  
Bacchoy. ad Tr. disp. 6. tb. 5. C. quod quidem transigere possit  
& obligetur*, in rebus tamen levioris & vilioris pretii, non  
in iis, ex quibus periculum sibi & incommodum conciliare  
possit, quæq; administrandi jus concernant. *Verum, quid  
sentiendum de eo, qui nullum prorsus curatorem habet ?* opinor,  
neq; ipsum pro lubitu transigere poste, aut res suas alienan-  
do temerè consumere, sed semper opus habere, ut Judicis  
vel Magistratus, qui supremi tunc instar tutoris, decretum  
expectet & consentum. *l. 22. C. de administrat. Tut. l. 5. §. 4. ff.  
de rebus eor. l. 1. C. d. pr. ed. minor.* Vel si transactione læsus fuerit,  
restitutio in integrum ei competit. *t. r. C. si adversus transact.*

XVII. *Dubitatur adhuc, an minor enormiter vel e-  
normissimè, uti Dd. loquuntur, læsus contra juratam transa-  
ctionem restitutionem in integrum postere possit ?* Varij iterum  
variè hic distinguunt : Alii siquidem inter contractus vali-  
dos, ubi consensus & autoritas curatoris accesserit : & in  
validos, ubi non intervenerit : Alii inter beneficium, quò  
minori læso vel deceptò succurritur propter ætatem, & be-  
neficium leg. 2. *C. de rescind. vend. majori propter læsionem  
indultum.* Ego intrepidè dico, quod propter autoritatem  
& rigorem Juris Canonici, neq; distinctioni, neq; ulli alii  
beneficio locus sit concedendus ; Illius enim intuitu omnia  
juramenta, nisi propter turpitudinem sui sint prohibita,  
sanctè verèq; veniunt observanda. Sic de Jure prohibetur,  
rem alienari minoris. *l. 1. ff. de rebus eor.* & tamen alienatio  
ista accedente juramento confirmatur. *l. 1. C. Si adversus  
vendit.* Sic interdicta quoq; est fundi dotalis alic-  
natio *l. unicâ. §. Et cum lex. C. de rei Vxor. Adio. &  
nihilò*



nihilo seciùs ea jurejurando mulieris convalidatur. *C. 8. exst  
br. & C. licet Mulier. de jurejur. in 6.*

XIX. Prodigus tandem accedit, cui bonorum ad-  
ministratio interdictum, quiq; passim ratione exitus,  
quem dilacerando & dissipando bona facit, furioso com-  
paratur. *l. 1. in princ. ff. d. curato. furios. l. his qui 12. §. fin. ff.  
de Curat & Tut.* Talis quoq; nullo jure transactionem ini-  
te potest, cum nec pacisci, nec etiam stipulari, vel aliud  
deniq; rectè agere valeat negotium. *Gothof. ad l. 9. §. 7. ff.  
de rebus vend.* Putarem tamen statim ipso jure ex prodigali-  
bus actibus juridicè prodigum neminem habendum, sed o-  
pus esse, ut sententia vel ipso Judicis decretò talis decla-  
retur. *l. 1. l. 10. ff. de curat. furios. l. 15. & 16. §. 1. in fin. ff. eod. l.  
18. quibus non est permiff. fac. testam.*

XX. *Jure statuario arceatur mulier*: Hæc etiam, quam-  
vis jure nostro communi nullo opus habeat Curatore. *l. 2.  
C. qui dar. tut. poss.* sed planè & plenè præprimis si parcè &  
honestè vivat, res ejus possit administrare. *l. 14. & 15. ff. de  
curat. furios.* Jure tamen Saxonico receptum est & introdu-  
ctum, ut Mulier, consummatis nuptiis, statim unà cum o-  
mnibus suis bonis, contra Juris Civilis dispositionem. Cu-  
ra & potestati Mariti tanquam legitimi Curatoris subjiceretur.  
*Randrecht / lib. 1. Artic. 31. ibi: Wenn ein Mann  
ein Weib nimbt / so nimbt er sie in sein Bewehr / vnd  
alle ihre Güter in rechte Vormundschaft.* Ea propter  
absq; consensu Mariti, qui usum fructum in ipsius bonis ha-  
bet, & dominium Civile, *l. penult. in princ. C. de Jure dot.*  
Illorumq; legitimus administrator salutatur, *Bacchov. ad  
Tr. p. 1. disp. 6. th. 5. B.* pro lubitu nequaquam potest aliena-  
re, per consequens transigere; Cum Transactio, ut dixi,  
species alienationis sit, & eà res in alium transferatur. *l. 39.  
C. de hi.* Huc usq; de iis personis, quæ in potestate constitu-  
ta transigere prohibentur; Eas jam, quæ sui juris repellun-  
tur, per paucis sumam.

XXI. Itaq;



XXI. Itaq; quæ sui Juris sunt, nulliusq; potestati adstrictæ, prohibentur alienô vel proprio nomine! Alieno nomine. 1. *Procurator speciali ad transigendum mandato vel jussu carens.* Transactio namq; ejusmodi naturæ ex eorumq; numero est, quæ speciale & proprium poscunt & desiderant mandatum. *l. mandato 60. ff. de procurat. l. jurejur. 17. §. fin. l. jusjurandum §. 1. ff. de jurejur.* Procurator præterea constituitur ad agendum tantum, non verò transigendo decidendum. *l. 7. C. h. c.*

XXII. Dispar ratio est de Procuratore in rem suam, vel etiam omnium bonorum nomine dato. Nam is, existente casu necessitatis vel utilitatis, etiamsi non habuerit speciale mandatum, rectissime nihilominus potest transigere, eaq; omnia, quæ verus dominus acturus esset, legitime perficere. *l. 17. §. fin. ff. de jurejur. l. Procurator cui 58. ff. de Procurator. Wesembec. de Transact. n. 4. Dn. D. Arum. disput. Pandect. 3 th. 14.*

XXIII. 2. *Procurator Caesaris inconsulto Eo*: Generalitas enim legis *13. ff. h. t.* impedit, quo minus is indiscriminatim, & uti libuerit, transigendo, vel alienando res Cæsaris possit administrare. Tenendum tamen, Principem, modo Procurator rem utiliter transigendo gesserit, eam ratam posse habere, sed præter hoc non aliter atq; jubente & præcipiente Cæsare vel Principe ipsi transigere esse concessum. *l. 1. ff. de offic. Procurat. Cesar.*

XXIV. 3. *Tutores & Curatores*: Hi quoq; non adeò, & plus æquò, ut nonnunquam fieri solet, proclives ad transigendum super rebus pupillorum vel adultorum esse debent, sed potius, quamdiu superfuerint rationes, quibus Jus eorum possit deduci, vel utilitas quoq; aliud svaserit, transactionem recusent. *l. 46. §. ult. ff. de administrat. Tutor. argu. l. 35. princ. de jurejur.* Secus, ubi res eorum adeò dubia est, & ambigua reperitur, ut propter dubiam etiam litis eventum, nullum prorsus subsequatur trophæi, elucescat indicium: Ibi sanè melius & consultius esse arbitror, partem transigendo accipere, quam totum deinde litigando & rixando amittere. *Gail. 2. observ. 78. n. 9. Wesembec. h. t.*

n. 4.



n. 4. *Bacchov. ad Tr. p. 1. d. sp. 7. th. 2. lit. C. & F.*

**XXV. 4. Administratores publici** : ut sunt Syndici Civitatum vel villarum, Procuratores itemq; filci. His etiam, quamvis lex mandatum cum libera concesserit, *Gail. 2. observ. 71.* ut omninò transigere queant, eaq; omnia expedire, quæ aliàs mandatum requirunt speciale, *Jas. ad l. 12. n. 3. & 11. C. h. t.* Jus tamen certum liquidumvè timore litis, ut potest verus Dominus. *l. 2. C. h. t.* remittere nequeunt. Donare n. ita & remittere velle, dilapidare esset, haut transigere; Administratores autem Reipubl. conservare, non res Civitatis dilacerare decet. *l. Praeses. C. h. t.* Cæterùm, mandatum qualecunq; generale ad casum donationis vel perditionis non est extendendum, sed semper requiritur ad id specialissimus Jus & indultus Domini. *Ud. in l. 1. §. Si rem. ff. de offic. Procurat. Caesaris. l. Imperatores. ff. de Paëtis.*

**XXVI. Suo & proprio nomine prohibentur 1. Pater,** qui super bonis filii emancipati, vel filii adventitiis, sine eorum consensu transigere haud potest. Hic enim quoad adventitia bona filii, usum fructum tantùm habet, *Pacius. ad Instit. de his, per quos acquir.* Usufructuario autem proprietatem intervertendi licentia non datur, *Bacchov. ad Tr. disp. 7. th. 3. A.* Emancipatus deindè loco extranei est, *§. 3. Inst. de Hæred. qualit. & differ.* in cujus præjudicium & detrimentum transactio facta à patre non valet. *l. 1. ff. h. t.* Excipitur hïc, ut in quovis negotio, casus necessitatis vel utilitatis: Nam ibi Pater, ut est legitimus administrator, rem filij. mob lem & immobilem transigendo optimè potest alienare. *Bacchov. ad Tr. disp. 7. th. 3. A. l. ult. §. 4. C. d. bon. liber.* Imò, si fortassis fuerit tunc in morâ, puta ut filius usurarum onere pragraveretur, de suo damnum inde redundans tenetur filio resarcire, *d. l. 2.*

**XXVII. 2. Vasallus,** qui ipse quoq; non absolutè, sed consentiente Domino jurè transigendi super re feudali gaudet. *2. Feud. 45.* Indè *Bachov.* non abs re culpandus videtur, qui simpliciter & indistinctè transactionis beneficium ipsi hoc in passu attribuit. Sed pauxilla hæc de Transactionis subjecto.

B

XXIIX. Ob-



Transactio.  
nis objectū.

XXIIX. Objectum transactionis quod spectat, certè ad id omnes res dubiæ, de quibus controversiæ oriri possunt, & transigere non est prohibitum *l. 2. ff. b. t. referendæ veniunt & reducendæ*. Verum cum Jus nostrum tripliciter consideretur, tum ratione personarum, tum rerum etiam & actionum, in quovis autem capitulo controversiæ existant, quæ transactionibus summovendæ; operæ & laboris pretium esse duxi, ut Singula singulis locis adducerentur, eoque, quò par est, studiò perlustrarentur.

XXIX. Et siquidem statum hominis intueor, varias ejusdem causæ quæstiones moveri, quæ omnes transigendo postea possunt extingvi, prehendo. Sic controversia quandoq; movetur, *vel circa liberos jam natos*, quando scilicet Pater negat, filium ex se generatum, sed ex alio conceptum, aut etiam partum supposititium esse adserit: *Vel circa non natos, & adhuc in utero latitantes*, si inter Matrem prægnantem & hæredes de immisione Ventris nomine in possessionem lis oritur; Quæ controversiæ omninò omnes transactione optime tolluntur, non solum ut liberi jam nati pro legitimis possint haberi; sed & Mater ventris nomine in possessione usq; ad editionem partus tolerari, *l. 1. in princ. §. 2. §. 72. & 101. tit. ff. de ventr. nom. in possess. mittend.*

XXX. Notandum tamen hæc, quod Parentes in detrimentum liberorum ratione status transigere haut valeant. *l. transactioe 26. C. b. t.* Cum Jus illud libertatis in totum pacto extingui non possit. *l. 6. §. 10. C. d. lib. caus. Gorbos. ad l. 26. C. b. t.* Item, ut sit mas vel foemina, hermaphroditus aut monstrum; merè enim naturalia hæc sunt, in quibus quoq; Transactio vel pactum locum non habet. *§. penult. Inst. d. Jure N. G. C.*

XXXI. Sic etiam lis inter conjuges de Matrimonio orta transigendo solet seponi, *vel ut istud persistat & valet transactio, aut ut non persistat*, & est invalida. Humana namq; conventio in rem spiritualement, matrimonium subaudi, *C. penult. extr. b. t.* nullum penitus jus habet. *Wesemb. d. Sponsal. u. ult. c. 7. d. sentent. & rejudicata. C. penult. d. Spons.*

Et



Et certè Simoniz perquam simile esset, pretium pro jure Spirituali dare vel recipere velle. *Wesembec b. t. n. 5. Tr. p. 1. disp. 6. lb. 5. A.*

XXXII. Parili modò super ipsius adjuncto, dote, transfigitur: *Et siquidem à Maritò*; ea fit constante Matrimonio, interpretatione scil. juris propter utilitatè dotis, cujus ipse Dominus est, licitèq; ea uti potest *l. 30. C. d. jure dot.* Maximè, si sit æstimaata: *Æstimatio n. ibi loco venditionis est. l. 11. d. pact. l. 10. & 11. de jure dot. & efficit, ut ad possessorem rei pertineat periculum. l. 1 ff. d. estim. Wesembec. d. jure dot. n. 10.* Si verò à Patre; Transactio ista super dote filiz petendà non valet, nisi consensus ejus & permisus accesserit. *l. 7. C. de jure dot. Tr. p. 1. disp. 7. lb. 3. C.* Imò, nequidem ad Transactionem judicialem secundum *Rönig in process. c. 47. n. 7.* ipsi patet aditus, nisi prius de rato cautionem præstiterit. *vel tandem ab ipsa Uxore*; Tunc neq; ista, constante Matrimonio, dissentiente etiam & reluctante maritò, ullius erit momenti Transactio; Cum Maritus, ut notatum, integro manente matrimonio, Dominus dotis sit *d. l. 30. C. d. jure dot.* quam Uxor postea, inscio eo & invito, remittere aut aliter in alium transferre nequit. *l. 33. C. b. t.* Quod si verò soluto matrimonio & extra potestatem Patris constituta transegerit, non solum licitè; sed & benè ipso quidem recusante patre, transigere videtur. *l. 2. 4. 20. & 21. Solut. matrim.*

XXXIII. Ex liberali deniq; causa controversia (*Scil. quando quispiam liberum & ingenuum se adserentem in servitutem trudere & redigere conatur.*) transactionis ope removetur, ita ut transactio, sive in favorem libertatis peracta sit, ut maneat in libertate, qui litem ejus causa sit passus, si ve ut servitutem amplius serviat, non improbetur. *Jas. ad fin. C. b. t. n. 1.* Hoc tamen attendendum est, si transactio negativè peracta sit, ut scil. iterum quis serviat, postea verò nova instrumenta reperiantur, quibus libertatem suam satis tueri possit, quod ea impedire non debeant, quo minùs is libertatem rursus rapere possit & acquirere. Libertas enim res



inestimabilis. l. 106. d. reg. Jur. omnibus rebus favorabilior. l. 117. Ibid. nec fas inde eandem similem aliis esse, quæ super re pecuniaria perficiuntur transactiones, arbitrari vel. l. 6. C. d. liberal. caus. *Hactenus* de primo Juris objecto.

XXXIV. Secundum quod attinet; Res, super quibus transigere liceat, ibi perlustrandæ occurrunt. Et generaliter permissum, super omnibus rebus dubiis, nisi quæ specialiter sint exemptæ, sive sint corporales, ut fundus. l. 33. Sive in corporales, ut possessio vel obligatio. l. 9. C. h. t. transactionem inire. *Wesembec. d. Transact. n. 5.*

XXXV. Excepiuntur autem & eximuntur; 1. *Quæ non sunt in Commercio hominum*, ut res sacræ, Religiosæ & Sanctæ. c. 7. extr. d. Transact. l. 6. §. *Sacræ res ff. d. divis. rer. Sed sacræ dicuntur ea*, quæ ritè per Pontifices, non per privatas personas, consecrantur, ut ædes & donatia ad ministerium Dei dedicata. *Religiosæ deinde*: quando in aliquem locum mortuum quis, qui eò potest, infert, *Sanctæ tandem*, quæ pœnali quadam sanctione muniuntur, ne scil. facile ita violari possint & infringi. *Pacius ad inslit. d. divis. rer. l. 6. §. 8. ff. ibid.*

XXXVI. 2. *Vera & liquida l. 1. ff. b. t.* Undè iniquè de re judicata, quæ ulterius non finienda l. 11. ff. ibid. transigitur. Et permissa transactione tali, sanè, non solum finita & clara facta semel in præjudicium Judicis haut mediocre pro dubiis iterum & incertis haberentur. l. 4. C. d. rejudicat. Sed & litium nullus finis modusve esset inveniendus. l. 2. C. eod. Post rem tamen judicatam transactio valet, si vel appellatum sit vel appellari etiam potuerit, aut hoc ipsum incertum sit, an judicatum sit, vel an sententia valeat. l. *elegantè. §. Si potest rem judicatam. ff. d. condit. indebit. l. 11. ff. b. t.*

XXXVII. 3. *Res testamentis relicta*, Transactio enim de rebus controversisq; testamentariis, nondum cognitis testamentorum verbis, nulla prorsus est. l. 6. ff. d. Transact. imò, nec ipse judex, apud quem controvertitur de testamento, sententiam super re controversa proferre potest, nisi



nisi testamentum prius agnoverit ejusq; verba exactè inspe-  
xerit. l. 1. ff. testa. quemad. aper. Nam publicè expedit, su-  
prema hominum judicia, quæ pro legibus habentur, No-  
vell. 12. facilè invenire & obtinere exitum. l. 5. ff. ibid. Sed  
absit, idem de testamento nuncupativo adducere velim;  
Cum enim ibi legatariis vel fidei commissariis, qui tantùm  
nondum cognitis testamentorum verbis transigere prohi-  
bentur. *Jas. ad l. g. n. 6.* veritas aliunde, quam ex testamen-  
tis constare possit, scil. ex testibus, coram quibus testator vo-  
luntatem suam ex planare debuit, §. *ult. Inst. d. testam.* Cer-  
tè opus haut habebunt, tabulas testamenti potiùs, si quæ  
factæ sunt, inspicere, quàm transactioni operam navare.  
*Tr. p. 1. disp. 7. rh. 4 E.*

XXXIIX. In controversiam vocatur hîc, utrum transigen-  
tes inspectioni hîc & cognitioni verborum testamenti renunciare  
possint? Ita quidem Accursio visum fuit, propterea quod  
omnes haberemus licentiam renunciandi iis, quæ pro nobis  
introducenda sunt, l. penul. C. d. pact. l. si quis in conscribendo. C.  
d. Episc. & Cler. Sed contra Accurs. contrariam sententiam  
Bart. & Baldus hîc amplexi sunt, & rectè: Est enim hæc  
conventio, sive renunciatio contra Jus commune, cui pa-  
ctis privatorum de rogari non potest. l. juris Gentium. §. Si  
paciscar. l. si unus. §. pacta. l. jus publicum. d. pactis. Quid ve-  
rò si mediante juramento Transigentes renunciarint, an re-  
nunciatio tenebit? Hæc communis Dd. est sententia. Ro-  
land. à valle, Conf. 13. n. 27. Cum seqq. in volum. 1. Tiraquel.  
l. si unquam n. 16. C. d. revocand. donat. Nec obstat, quod  
conventiones juratæ, quæ legibus adversantur, nullam vim  
habere dicuntur. l. juris Gentium. §. & generaliter. d. pact. l. non  
dubium, infra. C. d. L. L. Hoc enim de jure Pontificio non  
procedit. C. quamvis d. pact. in 6. C. cum contingat. d. jure-  
jur. C. licet, d. jurejur. in 6.

XXXIX. 4. Alimenta futura testamentis, codicillis, aut  
mortis causa donatione relicta; De his quoq; ob favorem ulti-  
marum voluntatum, ut optatum consequerentur exitum,  
non nisi Prætorum vel Præsides autore cognitâq; causa transi-  
gere



gere est concessum. *l. 8. C. b. t. l. cum §. 1. ff. ibid.* Et ratio, quare in transactione alimentorum, Prætoris vel Præfidis necessaria sit autoritas, non etiam in transactione aliarum rerum, sufficienter exposita est ab Ulpiano *in l. cum hi in princ. ff. b. t.* Inquit ibi, *cum hi, quibus alimenta relicta erant, facile transigerent, contenti modico præsentis*: Quod mihi videtur, ac si dicat; Fieri potest, ut alimentarius hodiè sit locuples, sicq; alimentis non indigeat & transigat de alimentis magni pretii, modico aliquo præsentis contentus: Fieri etiam potest, ut ipse paulò post ad incitas redigatur, ut non habeat, unde vivat; Fortuna enim nunquam sistit in eodem statu, semper movetur, variat & mutat vices, ac ut ille ait.

*Irus & est subito, qui modò Cresus erat.*

Ne itaq; contra voluntatem defuncti facilè quid eveniat, ut in paupertate vivat is, quem ipse voluit alimenta, quoad viveret, habere; idcirco cavendum est & prospiciendum, ne aliter transactio de alimentis facta valeat, quàm si Prætoris auctore ea peragatur perficiaturve.

*XXX.* Et talis auctoritas adeò necessaria est, ut permittente quidem & concedente Prætoris, transactio absq; ea facta omnino nulla sit. *d. l. 8. §. si Prætor. ff. b. t.* Nec etiam partes huic firmiter renunciare possunt, cum obstat *1. Favor ultimarum voluntatum*, quæ omnino servandæ. *l. 1. C. d. SS. Eccles.* *2. Formaleze præscripta*, quæ simul in quolibet negotio, modo suo id stet talo, exactissimè observanda. *arg. sæpiùs alleg. l. 8. ff. b. t.* Imò, Hunn. *in tr. d. Transact. C. 3. Juratam* in causa hac alimentaria renunciationem rejicit.

*XLI.* Sciendum autem, sermonem esse tantùm de alimentis futuris, non præteritis. Super istis enim non, sed hisce secundum Heid. disp. 7. th. 16. A. jure transigitur; cum alimenta amplius non sint, postquam vita aliundè in præteritum sustentata est, sed purum & simplex debitum. *Wesembec. b. t. n. 5.* Ut & de ijs, quæ per contractum, aut donationem inter vivos constituta sunt. *d. l. 8. §. 2. ff. b. t.* Quod & ibi cesserat ratio prohibitionis, Favor nimirum ultimarum voluntatum, conservatioq; iudicii defuncti.



**XLII.** Tenendum insuper, quænam appellatione alimentorum veniant. Et appellatione eorum 1. *Cibaria continentur. l. legatis. de aliment. legat. 2. Potus Bart. in l. fin. de agnoscend. & alend. liber.* Nam his duobus maximè alimur, sique restauratio deperditi. 3. *Vestes, sive vestimenta;* Nec etiam sine vestibus ali corpus potest. *d. l. legatis aliment. legat. aut quicquam sine iis vivere. l. verbo victus & l. quos nos hostes §. fin. V. S. 4. Calceamenta l. cum hi §. de Calceario h. t. Rotand. à valle. Consil. 22. n. 5. lib. 1. 5. Lætus, sive stramenta; Rotand. à valle d. Consil. n. 6. d. l. quos nos hostes. §. fin. de V. S. 6. Hob. ratio; ita textus est ad literam in d. l. legat. Bart. in Tr. de aliment. n. 1. & 2.* Non obstante, quod *Ulpianus* scribit, f. *Quæ transactione de alimentis non videri transactionem de Habitatione in l. cum hi §. qui transigat. ff. h. t.* Brevissimis enim ad hoc respon. in odiosis scil. & præjudicialibus alimentario, appellatione alimentorum non finire habitationem; at, In favorabilibus & alimentario utilibus eam omninò contineri *l. legat. de aliment. & Cibor. legat. 7. Præceptorum salaria & expensa studiorum. Bart. in Tr. de aliment. n. 3. Rotand. à valle d. Consil. n. 8. lib. 8. Tandem Sumptus, qui Medicis præstantur in curando alimentario Bart. d. l. legat. de aliment. & cibat. Rotand. à valle Consil. eod. n. 3.*

**XLIII.** 5. *Crimina publica quæ sanguinaria non sunt l. 18. C. h. t.* Ea enim, quæ pœnam sanguinis inferunt, mortem quæ naturalem irrogant, excepto solo adulterio, *Georgius de Cabedo part. 1. decis. 113. n. 7.* ad redimendum sanguinem transactionem admittunt, tùm quoad reum, *l. 1. d. bon. eor. tùm etiam actorem d. l. 18. C. h. t. & tàm ante, l. 1. §. 3. ff. de Calum:* quàm post institutam accusationem *d. fin. de prævar. etiam non impetrata abolitione, Hun. c. 3. exerc. 4. h. t. Wesemb. ibid. n. 5.* Præsumitur enim in hisce Criminibus sanguinatis, reum non conscientiam sceleris, sed atrocitate & gravitate periculi, propter dubium litis eventum, cum adversario, ut accusationem linqueret, transegisse, & ignoscendum ei est, qui sanguinem suum qualiter qualiter voluit redemptum. *l. 1. ff. de bon. eor. qui ante sent. mort. sibi conscio.*



XLIV. In aliis autem Criminibus non capitalibus; qui adversarium datâ pecunia corruperit, aut aliter transigendo accusationem declinarit, pro convicto habetur. *l. ejus, qui delatorem. de jur. fisc.* Nam cum illic periculum & metus mortis absit, per consequens, dispositio quoq; Juris propter metum illum introducta, cessabit, & utriq; tam reo, quam auctori cepto judicio (*secus ante, ubi quilibet licitè transigit. Tr. disp. 7. ch. 5.*) ad transigendum via erit interclusa, per *l. 18. C. b. t.* In tantum, ut actor post inchoatum Judicium, ante impetratam abolitionem, inita transactione vel pacto Judicium publicum vendere & prævaricari censeatur: *l. 4. de jure fisc.* & ob id in accusationem falsi & pœnam S. C. Turpill. incidat. *Wesembec. ad h. t. n. 5. l. 2. C. d. abolit. l. 1. §. 7. ff. ad S. C. Turpill.* Accusatio enim publica hæc non voluntate Actoris, sed cognitione Judicis debet aboleri. *d. l. 1. §. 10. ff. ibid.* Non tamen transigens hoc in casu, cum pro confesso habeatur, ex illa nuda præsumpta confessione ad condemnationem trahendus, obrortoq; collo ad supplicium statim & carnificem rapiendus, *ut vult Rönig in process. c. 3. n. 35.* Sed adhuc accuratio opus est Judicis cognitione. *Bl. in l. 18. C. b. t. Bacchov. ad Tr. disp. 7. b. 5. E.*

XLV Rectissimè supra solum Adulterium, super quo non licet transigere, fuit exceptum; Valdè siquidem impudicum esset indecorumve, adulterio connivere, quod lenocinio quàm maximè videretur simile. *l. 28. d. adult. l. de Crim. 10. C. eod.* Sed tenendum hîc, adulterii accusationem soli marito, consanguineis & reliquis conjunctis personis *ex l. 30. de adult.* competere: Item, apud Veteres capitale hoc non fuisse, nec certam quandam ipsius pœnam constitutam; Sic olim impudicæ mulierum coercitionem propinqui & necessarij habebant, qui eam pro suo arbitrio statuebant. *Sueton. in Tiborio C. 35. Tacitus lib. 2. Livius lib. 10.* Similiter Leo Imperator *Novell. 23.* statuit, ut adulteris, viro & femine, nasus abscinderetur,



tur, quod, tanquam ineptè factum, *Martial. lib. 3. Epigr.*  
his verbis saltè deridet.

*Quis tibi persuasit, nares abscindere macho?*

*Nil hoc peccatum est parte, marite, tibi;*

*Stulte, quid egisti? nil hic tua perdidit Vxor,*

Videatur hac de re *Wesemb. in. P. ad l. Jul. de adult. n. 19.*

XLVI. Exceptò autem solo adulteriò, transactio  
super stupro locum habebit? Et distinguendum est inter  
stuprum simplex & violentum, ita, ut priori modo trans-  
actio sit prohibita, cum ibi cesseret pœna sanguinis: commis-  
sum enim ab humilioribus cum nondum viripotentibus,  
pœna est in metallum damnatio; ab honestioribus in insu-  
lam relegatio vel exilium. *l. 38. §. 3. ff. de Pœn. Posteriori*  
*verò, si vis ista facta fuerit cum raptu, aut stuprum violen-*  
*tum vindicandum veniat, juxta constit. Crimin. Carol. V. C.*  
*119. Iura item divina Dev. c. 22. v. 126. & Saxonica, Land-*  
*Recht lib. 2. Art. 13. ibi; Die ein Weib od Magdnothhädgen/*  
*vnd den Frieden brechen/den soll man allen die Häupter*  
*abschlagen. Optimè videatur concessa. l. 1. ff. d. bon. eor. l.*  
*18. C. h. t.*

XLVII. Specialiter tamen observandum, quod stu-  
prum commissum cum puero, aut etiam animalibus brutis,  
neutiquam admittat transactionem. Hoc enim cum facinus  
sit nefandum & præ cæteris maleficiis naturæ summè contra-  
rium, inhonestum erit & inhumanum, transactionem hoc  
in passu permittere. Capitale autem esse, testatur *König*  
*in process. c. 141. v. Also werden auch mit dem Schwert*  
*gestrafft/die vnnatürliche Vnzucht gebrauchen mit den*  
*vndernünftigen Thieren oder Knaben. Aber der Ge-*  
*brauch helt/das man sie mit Feuer verbrennen soll.*

XLVIII. Cum raptus etiam delictum sit gravissi-  
mum, *Rittersh d. diff. Jur. civil. & canon. lib. 1. c. 33. publicèq;*  
*valdè expediat, nefarios hosce actus & conatus durissimè*  
*coërceri, non delunt, qui opinantur, super raptus reatu*  
Ctrans-



transactionem quoq; non esse concedendam. Verum n. verò, cum de omnibus capitalibus delictis, excepto solo adulterio, concessum sit transigere l. 18 C. h. t. Hoc quoq; tale sit (Capitis namq; amputationem & bonorum amissionem raptori leges decernunt. §. 8. Inst. d. judic. publ. l. unica princ. C. d. rapt. Virg.) Non video, quomodo in causa adeò gravi à regula d. l. 18. sit recedendum.

XLIX. Tandem super crimine læsæ Majestatis transigere licet. Nulla n. lex crimen hoc à regula sæpissimè allegatæ legis 18. excipit, nec etiam ulla firma ratio exceptionem svadet. *Opponis leg. quisquis. §. penult. C. ad leg. Juliam. Majest.* & dicis, super eo non esse transigendum, cum semper id revelandum sit. Resp. per instantiam, Crimen parricidii quoq; esse revelandum. l. 2. §. 6. ff. ad leg. Pompej. de Parricid. & tamen secundum unanimum Dd. consensum super eo transigendum. Præterea distinguendum puto, an conscius hujus criminis injustam, an verò justam celandi habeat causam, ita ut priori modò deducatur ad eandem pœnam, eum tacendo vel celando in delictum consensisse præsumatur; Posteriori verò, quod sanguinem redimere quæsierit, veniam mereatur. *Vlpian. in l. 1. d. bon. eor.*

L. Sed an crimen falsi transactione comprehendatur, quaeritur? Dd. mirum in modum variant; Ego, cum pœnam sanguinis non inferat, sed deportationem tantum, l. 1. §. fin. ff. d. fals. Tr. p. 1. disput. 7. tb. 5. liberè adstruo, transactionem nequaquam esse permittendam. Dicis voculam CITRA in l. 18. C. h. t. sumi exceptivè, & proindè transigere hoc in casu licere; Resp. perperam ita legi, sed sentum esse hunc, quod in prædictis criminibus, (scil. publicis & pœnam sanguinis non irrogantibus) non liceat sine crimine falsi transigere, hoc est, quin accusator ita transigens eo ipso incidat in accusationem falsi & pœnam Scti Turpilliani. Magnificus atq; Nobilissimus FRANTZKE dl. n. 28. ubi locum hunc lucernis quasi elatisimis enubilat. Regeis, crimen falsi non nunquam pœnâ sanguinis vindicari, König in process. c. 141



p. 753. *Klok. part. 4. c. 2.* indè transactionem permittendam; Ajo, illud fieri tantùm extraordinariè & propter personas viles delictiq; qualitatem, nec ob id dijudicandum, an Transactio licita sit vel non, cum ex pœna ordinaria id solùm sit æstimandum. *arg. d. l. 18. h. t.*

L I. De privatis tandem criminibus, furtò & rapinà, rectè transigendum esse, tam ante, quàm post litis contestationem, svadet & indigitat toties adducta lex *18. C. h. t.* Et quis tam firmo ferreoq; erga fures raptoreve esse possit pectore, ut Transactionem cum iis, si, ut fieri solet, hic rotà, *Landrecht / lib. 2. art. 13.* laqua. o alter vita esset privandus, *Rönig in process. C. 141. p. 752.* recusare velit?

L II. Iterum autem iterumq; notandum, quod ea omnia, quæ hæcenus in medium adduxi, intelligenda solùm sint salvo jure tertii, Magistratusq; officio. Alteri n. per alterum iniqua cõditio non debet offerri. *liniquissimum ff. de Juris & fact. Ignor. nec privatorum pactis & transactionibus id effici, quò minùs delinquentes puniantur.* Transigens itaq; non à Crimine, sed ab accusatione tantùm, ut scil. accusaturus quiescat, se to liberat. *l. 5. §. ult. ad L. Jul. de vi publ. Tr. p. 1. disp. 7. eb. 5. Georgius de Cabedo part. 1. decis. 113.* Interea officium Judicis integrum manet, quò is ad vindictam publicam potest agere, & ad pœnam maleficii accusationem prosequi. *Rönig in process. C. 141. p. 760.*

L III. Coronidis locò adhuc subjiciendum, judicem in causis civilibus, quamvis ante omnia inter partes teneat concordiam, neminem ad transigendum posse compellere, nisi vel lis longè durasset, aut ea inter personas sit illustres, ut indè periculum armorum subsit, vel Respubl. turbari possit. *Gail. 2. d. pac. publ. C. 18. n. 10. §. 11.* Imò, nec in criminalibus, maximè si delictum fuerit commissum; ibi namq; æquitatis ratio non permittit, ut quis cogatur invitus parcere injurianti. *l. 6. §. 2. ff. d. offic. Præs. l. 5. C. d. bis, qui ad Ecclesiam confug.* Ad actiones nunc paucissimis quoq; accedendum.



LIV. Eas autem quod attinet, nihil profus interest, utrum actio, super quâ transigendum, sit Civilis. *l. 1. § 2. ff. b. r. an Criminalis l. 15. C. b. r.* Utrum realis, ut rei vindictio. *l. 35. C. eod.* an personalis, ut actio administratæ curæ. *l. 4. C. b. r. vel tutelæ l. 5. ibid.* Breviter; super quavis actione dubia & incerta, nisi quæ specialiter & expressè sit exempta, transigere est permissum, transigendoque ea vel impediri, aut etiam penitus potest auferri. *l. 32. C. b. r.* Et hinc laboriosum potius esset, quàm fructuosum, omnes actionum species, de quibus transigendum, adducere velle, cum ex aliâs cuilibet LL. cultori fuerint notissimæ.

LV. Forma transactionis essentialis est vel accidentalis. Essentialis præcipuè in eò consistit, ut pro remissione litis aliquid contra præstetur aut fiat; Cum nulla transactio subsistere possit, quâ non aliquid aut remittitur, aut eâ lege controversia componitur, ut vicissim quid detur vel fiat. *l. 38. C. b. r. Wesenbec. b. r. n. 6.* Accidentaliter verò in eò, 1. ut concepta sit purè vel sub conditione. *l. si superius C. b. r. 2.* In scripturam redacta: valet ea etiam sine scriptura. *l. 17. C. de instrument. fid. & 3. Juramenti religione confirmata. l. 41. C. b. r.*

LVI. Finis ejusdem itidem duplex est, remotus scilicet & propinquus: Ille versatur circa tranquillitatem & salutem Reipubl. demptis litibus, inducendam: Hic verò concernit singulorum emolumentum, nimirum, ut à controversiis discedatur, congruusque litium finis & modus expensarum inveniatur. *l. 20. C. b. r.*

LVII. Effectus transactionis tandem hic est, ut rebus dubiis & litibus incertis finem imponat, adeò quidem, ut causas vel lites transactionibus legitimis semel finitas imperiali amplius rescripto resuscitari non oporteat. *l. causas vel lites C. b. r. nec prætextu Instrumentorum postea reperorum. l. 19. C. eod. Gothof. ad l. 29. C. b. r.*

LIX. Sed imponit transactio litibus finem vel ope exceptionis, vel ipso jure. *Exceptionis ope, si transactio pacto con-*



convento fuerit facta & perfecta. Pactum enim conven-  
tum non producit naturalem & civilem obligationem, vel  
etiam civilem tantum sed naturalem duntaxat. *l. 5. §. 1. de solut.*  
ideoque pactum istud & naturalis obligatio ex eo descen-  
dens, non tollere potest obligationem naturalem & civi-  
lem, vel civilem tantum, & per consequens actionem, quæ  
ex obligatione naturali & civili, aut etiam civili tantum o-  
ritur. Secundum naturam siquidem est, ut unumquodq;  
eodem genere vinculorum, quo colligatum est, solvatur &  
collatur. *l. nihil tam naturale. de reg. Jur. Ipso Jure autem,*  
quando transactio facta est acceptilatione vel simplici, vel  
ea, quæ fit invento modo novandi per Aquilianam stipu-  
lationem; Et actor post hanc transactionem veteri actione  
non potest experiri, quia ea per Aquilianam stipulatio-  
nem penitus sublata est & extincta. *l. 4. 15. & 32. C. b. t.*

LIX. At, quid faciendum, si post factam transactionem  
reus contravenerit, quomodo indemnitati actoris, qui vel actio-  
nem nullam habet, aut, si habet, repellitur exceptione transactio-  
nis, consulendum? hoc in casu legibus saluberrimè provisum,  
ut, si transactio facta sit pacto convento, actor possit rei, qui  
transactionem non servat, exceptionem replicatione doli  
mali elidere, *l. sub pretextu. & l. si ve apud acta. C. b. t.* eumq;  
compellere, quò placita præstet. Si verò per acceptilatio-  
nem; Actoris, cujus omnis hoc casu actio extincta, datur a-  
ctio ex stipulatu. modò stipulatio conventioni subdita fue-  
rit. *l. cum mota C. b. t.* Ea autem absente, datur ipsi adversus  
reum, qui transactionem recusat, ad interesse, vel ad id,  
quod transactionis causâ promissum consequendum, Actio  
præscriptis verbis. *d. l. in fin. C. eod.* vel si consutis doli trans-  
actio sit extorta, actio doli. *l. 4. & 19. C. b. t.* Non tamen con-  
cursum actionis doli & præscriptis verbis hic concedam,  
*arg. l. 5. §. 3. de præscript. verb.* cum actio doli ut famo-  
sa, cum nulla alia concurrete possit. *l. 1. in fin. l. 2. 3. 4. & 7. ff.*  
*de dol. mal.*

LX. Habet tandem actor conditionem causa datâ  
causa non secutâ, *l. 4. de condiçt. caus. dat.* & per hanc condi-  
tionem



tionem actor hoc consequitur, ut in eum statum reponatur, in quo fuit, antequam transactio fieret, per acceptilationem d. l. 4. Causa autem hic significat finem, & ob causam dari dicitur, quod datur ob finem aliquem: Condictio repetitionem; condictio igitur causa data, causa non secuta, nihil aliud est, quam repetitio ejus, quod ob finem aliquem datum est sine non secuto.

LXI. Transactionibus interdum subjici solet poenalis stipulatio, ut scilicet certam poenam solvat, qui adversus transactionem fecerit. Sed notandum, quod tunc non liceat poenam petere, & simul commodum transactionis accipere velle, cum alterutro beneficio reum contentum esse oporteat. l. 10. §. 1. de pact. l. 40. C. b. t. Nisi fortassis adjecta clausula, ratio manente pacto, transactio formata sit; quod sane in casu reus utrumque habere, & poenam consequi, simulque commodum transactionis sibi potest. l. 17. C. b. t. Ita enim ab Hermogeniano ius traditum est in l. penult. ff. b. t. qui fidem licite transactionis rupit, non exceptione tantum summovebitur, sed & poenam, quam, si contra placitum fecerit, ratio manente pacto, stipulanti recte promiserat, prestare cogetur.

LXII. Omnes praeterea transactiones stricti juris sunt. l. 8. §. 17. ff. b. t. l. 31. C. eod. tam ratione personarum, quod cum alio factae alteri neque prosint l. 1. C. ibid. neque ob sint. l. 3. princ. ff. b. t. nisi vel transigentis inter sit, ut & alii sua conventio profit. l. 7. §. 1. ff. b. t. Vel aliam specialis efflagitet ratio, ut transactio inter alios facta tertio quoque nocere at. l. fin. ff. b. t. quam ratione rerum, ut ad ea, de quibus verisimiliter non est cogitatum, extendi non debeant l. 5. ff. b. t. Cum iniquum verum sit, id perimi conventionem, de quo cogitatum non docetur. l. 9. in fin. l. 47. in fin. de pactis.

LXIII. Affinia transactioni maxime sunt i. Pactum l. 1. b. t. quod tamen in nonnullis ab ea differt, non solum ratione causae efficientis, quod haec a lege sustineatur. l. 16. C. b. t. Illud a nuda conventionem. l. 7. ff. de Pactis, sed & ratione materiae, quod haec sit de re dubia & litigiosa. l. 2. C. b. t. Illud



Illud de re certa liquidave. l. 1 ff. b. t. 2. *Contractus innomina-  
ti*, l. siue 28. C. h. t. l. 6. & 37. C. eod. qui, quando transactio-  
nibus accedunt, datur ex illis actio ut dictum præscriptis  
ve ibis. 3. *Res quoq; iudicata*. l. non minorem 20. C. b. t.

LXIV. Contraria autem, quibus transactiones ite-  
rum destruuntur, sunt 1. *Error*; Is enim impedit transactio-  
nem, quia consensus deest. l. si per errorem 15. de *Jurisdic.*  
2. *Mutua contraria voluntas transigentium*, quando scilicet ab  
utraq; parte transactio dissolvitur, ita ut de novo & ex in-  
tegro agi possit, l. 14. C. h. t. 3. *Metus*; Leges siquidem no-  
minatim & præcisè transactionem metu initam improbant.  
l. 5. §. 2. b. t. l. 13. C. eod. 4. *dolus*; Cum Prætor etiam pollici-  
tus sit, se nulla pacta vel transactiones ratas habiturum, quæ  
vel dolo aut etiam metu factæ sint & peractæ l. 7. §. *Aut præ-*  
*tor. ff. de pactis.*

LXV. Non tamen dolus causam dans transactionibus,  
illas ipso Jure infirmat, sed ad eas rescindendas & infirman-  
das restitutione in integrum ex l. 4. & 14. C. h. t. opus vide-  
tur; Ex eâ lege Actori, extinctâ actione priori, actio datur  
doli, quâ ad rescissionem actus transactionis agit, totaq; res  
officio Judicis in integrum restituatur, petit. Quâ sanè re-  
stitutione opus haud esset, si transactio ipso Jure invalida-  
retur, privatio enim præsupponit habitum. Præterea dolus  
non potest ipso Jure transactionem tollere, cum is in contra-  
hendo quadantenus sit concessus. l. 16. §. *penult. d. minor.* Pro-  
indè actus iste transactionis ex æquitate postea est rescin-  
dendus. l. dolo. 5. C. d. *inutil. stipul.* Tandem, si trans-  
actio, cui dolus initium dedit, ipso Jure esset nulla, certè  
vetus actio, etsi per acceptilationem conventio facta fuis-  
set, non extingueretur; Sed actio ista extinguitur per trans-  
actionem Aquiliana stipulatione factam, etiamsi dolus  
causam dederit. l. 19. C. b. t. Ergò.

LXVI. Colophonis loco quæst. notabilem hanc,  
an Beneficio l. 2. C. d. *rescind. vendit.* in transactionibus  
locus sit relinquendus, paucissimis subnecto; Pro  
nega-



negativa militat l. 78 §. ult. ad Sc. Trebell. l. sub preteritu C. b. t.  
& quod transactio ob læsionem rescindi non debeat, arg. l. 29  
C. b. t. Transactio n. super re incertâ fit & dubia l. 1. ff. b. t.  
At in rebus dubiis & illiquidis nulla læsio adduci potest vel  
allegari, l. 11. C. b. t. Contraria v. sententia in foro recepta,  
& à Sereniss. Electore Saxonæ in constit. 34. part. 2. appro-  
bata est. hisce verbis : **Unsere Schöpffenstule seynd bis-**  
**hero dessen einig gewesen / daß die dispositio L. 2. C. de re-**  
**scind. vendit. auch in transactione Statt haben soll / vn-**  
**geacht / was etliche der Doctorn weitleufftig hiervon**  
disputirn &c. In hac verò constitutione subijcitur hæc limi-  
tatio, nisi de ipsa quoq; læsione sciens & prudens quis trans-  
egerit. Plures limitationes recenset Ampliss. Dn. Præses in  
centuria var. Jur. decis. part. 2. decis. 99.

LXVII. Atq; hæc de spinosa hac & intricata trans-  
actionum materia summotenus sint dicta. Tu, æquissime  
Lector, ætatis meæ juvenantis errores amicabili oculo agno-  
sces, & si quid ex imbecillitate ingenii adjectum fuerit, quod  
minus dignum sit assensu & suffragio eorum, qui in Jure re-  
ctè, h. e. seorsum à Vulgo sentiunt, benevolè & benignè id  
interpretabere. Cæterum, si quis plura hac in re poposce-  
rit, excuso me illo Scaligeri lib. 4. de Plant. *Nemo unquam unis  
simul omniaprehendit, sed is solus, qui est omnia.*

CUI LAUS SIT ET  
PERENNIS GLORIA.



1017


ULB Halle 3  
003 007 09X



SP











B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

ANDÆ

ctorum Ordinis in Illustri

D E

LENTISSIMO, atq  
MO,

PHORO

ern / J. V. D.

rimo, Consiliario Saxo-  
uridicæ Seniore & p. t.  
natus Assesore gravissi-  
uovis honoris & reve-  
venerando,

ACTI.

Waltershusanus,  
nbr.

GEORGI Sengenwalts.  
6.

1646, 2  
4

17

0 0 0